Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 681
Quelle:
Copyright:

Poſt ſex enim Angelorum ordines prius enumeratos tres hi reſtabant, unde et ſequitur:

Mentibus Uraniis tertia taxis ineſt.

Errata in edit. *Argent.* ex *Cod.* noſtro et *Uſſerio* ſic emendo: *Noſter* l. *auxit. Ut converſus* l. *et converſus. Duce* l. *luce. Summatus* l. *Symmachus. Suſpicit ad* l. *Suſpicit ac. Axiramis* l. *Uraniis. tibi trino lumine* l. *terno ter limite.* Verſus denique graecus ille prorſus in ea omiſſus eſt. Tum demum incipit *Liber de coeleſti Hierarchia. Omne datum optimum, et omne donum perfectum* &c. Ultima ſunt: *ſecretum ſilencio honorificantes. Amen.* Et: *Explicit liber de celeſti ierarchia. Angelicarum deſcriptionum inluminationes defudiſti hominibus. reuelaſti uidere animo compoſitum aſtrum.*

Fol. 23. p. 2. ſequitur *Liber de eccleſiaſtica Hierarchia* inſcriptus: *Epigramma in beatum dioniſium de eccleſiaſtica ierarchia. Symbola diuinorum mirabilium ſacrorum uniformi fabula. In ſingularitatem recipiens unius luminis unam claritatem.* Index Capitum. Opus ipſum: *Quia quidem ſecundum nos ierarchia puerorum diuinorum* &c. Finis: *diuini ignis aſcendes usque uapores. Explicit liber de eccleſiaſtica ierarchia.*

Fol. 50. p. 2. *Epigramma in beatum dioniſium de diuinis nominibus. In animum ſplendor in diuinas ſcripturas mille tingens formas. Uarietatibus ſacra nomina et poſt ſtultam mortem uitalibus ſapientię eloquiis ſonantibus diuinos manifeſtatorios ymnos.* Index Capitum. Initium Libri: *Nunc autem o beate poſt theologicos characteres* &c. Finis: *quoniam ſimbolicam theologiam duce deo tranſcendemus. Explicit liber de diuinis nominibus.*

Fol. 87. p. 2. *Epigramma in beatum dioniſium de myſtica theologia. Nouam claritatem in reliqua et ſcientiam ſufficientium. Noctem perdiuinam quam non iuſtum licet nominare.* Index hic Epigrammati praemiſſus. Libri principium: *Compresbitero timotheo Dioniſius presbiter. Trinitas ſupereſſencialis et ſuper deus et ſuper optime chriſtianorum theoſophię inſpector* &c. Finis: *omnium ſimpliciter perfectio et ſummitas omnium. Explicit liber de myſtica theologia.*

Fol. 90. *Incipiunt epiſtolę diuerſę ſancti dioniſii.* Sunt numero tantum X. Abeſt enim ultima ad *Apollophanem Philoſophum*, quae hodie *graece* non amplius extat; extabat autem aevo Interpretis noſtri, ut ex edit. *Argent.* patet. Ordo Epiſtolarum, ut in editis, ita docet Index praemiſſus. Prima *Gaio Monacho* incipit: *Tenebrę quidem obſcurę fiunt lumine* &c. Ultima *Johanni theologo* finit: *et his qui tecum ſunt trades.* Ad Codicis calcem, tanquam deus ex machina, ſequens comparet carmen eadem, qua Codex,